



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Ad Henricvm Coloniensem, Archiepiscopum, Sancti Engelberti
Successorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A. 3
AD HENRICVM COLONIENSEM

Archiepiscopum, Sancti Engelberti Successorem.

F. Cælarius Heisterbacensis.



EVERENDO Domino suo Henrico, sanctæ Coloniensis 7. Nouem.
Ecclesiæ Archiepiscopo, frater Cælarius, numero, non Martyrol.
merito, monachus in Valle S. Petri, cum deuotis oratio- Roman.

B. 1. Reg. 15.
nibus paratam ad obsequia voluntatem. Excellentia ve-
stra p̄cepto obediens, vitam, actus, passionē & miracu-
la Beatæ memorie Domini ENGBERTI p̄decessoris vestri, nō quo-
modo debui, sed quomodo potui, scripto commendauī : hoc optans,
hoc orans, ut Deo eiusque Martyri esse possint accepta, vobis & Eccle-
siæ vestrae grata, posterisque necessaria. Considerans materiae dignita-
tem, non sine timore ad iniuncta obediui, cum propter scientiae insuf-
ficienciam, tum propter linguas detrahentium. Sciens enim scriptum,

C. Hor. in ar-
te poet.
quasi peccatum ariolandi est, repugnare : & quasi scelus Idolatriæ,
nolle acquiescere; malui minus dignè scribendo confusionem sustine-
re, quām non obedere. Quod si alij viri literati, quoram in Diœcesi ve-
stra copia esse dinoscitur, post me scriperint excellentius, non illis inui-
deo, imò gloriae Martyris congaudeo. Non enim mea professionis est,
etiam si Scientia adesseret, in historia simplici verborum phaleras quære-
re, & floribus rhetoriceis sententias purpurare, quod non monacho-
rum, sed philosophorum est, qui magis ad ostentationem Scientiæ,
quām ad ædificationem morum loquuntur, secundū quod quidā ait.

Purpureus, latè qui splendeat r̄nus & alter

Affuitur pannus.

D. A 2
Vnde oratoriæ iucunditatis dulcedinem, & persuasibilis eloquij ve-
nustatem minus utilem contemnens, Beati Martyris actus & mortem
stylo simplici prosecutus sum, in textus defloratione magis diuinæ scri-
ræ testimonijs, quām dictis vtens philosophicis. Vestrū est, cui Do-
minus Scientiam contulit, apponere lineam correctionis, ita ut vestro
iudicio superflua resecentur, neglecta suppleantur, mutanda mutentur.
Quapropter supplico Beatitudini Vestrae, ut quæ vestrā iussione non
mea p̄sumptione, per ministerium meum ad laudem Martyris con-
scripta sunt, nisi iure reprobari debeant, quod absit, benedictione ve-
stra roborentur, authoritate perpetuentur.

N O.